



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Resolutiones disputationum de Jndulge[n]tiarum virtute F. Martini Lvther Avgvstiniani Vittenbergensis

Luther, Martin

[Wittenberg], 1518

VD16 L 5787

Con: XLI. Caut[a]e sunt/ veni[a]e Apostolic[a]e p[re]dicand[a]e/ ne populus  
false intelligat eas pr[a]eferri/ c[a]eteris bonis op[er]ib[us] charitatis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-32315

Quarta, honesta, sed sicut singulari detractione per honore  
sanctorum, & gloria dei, ac suo profectu, sicut, S. Lucia ad B. Aga-  
tham, & quidam sancti patres Romam visitarunt, quod non forecerint  
curiositate exitus probavit.

Proinde mihi placet in istis facultatibus, quod etiam vota talium  
peregrinationum commutantur in alia opera, atque unam gratis  
commutarentur.

### CON: XLI.

Cauter sunt/venie Apostolice predicande/ne popu-  
lus false intelligat eas preferri/ceteris bonis opib<sup>9</sup>  
charitatis.

¶ Ego sic dicerem ad populum. Ecce fratres, scire vos oportet quod  
triplex est genus bonorum operum, quod expensioibus pecunie fieri  
potest. Primum & ante omnia, Si quis pauperibus donet, aut proximo  
egenti mutuet, & omnino in quacumque necessitate laboranti subs-  
tueniat. Hoc opus sic est agendum, ut etiam intermittende sint struc-  
ture Ecclesiarum, & omittende oblationes ad vasa & ornamenta  
ecclesiarum. Postquam hoc fuerit factum, & non restat qui egeat.

Tum secundum erit, nostras & in nostris terris, Ecclesias & hospita-  
lia & publice utilitatis structures, primum iuuare. Postquam autem  
id fuerit factum, tum tertium si placet, potestis & per indulgentias re-  
dimendis tercio loco dare, Quia in primo est mandatum Christi,  
in nouissimo illo nullum mandatum. Si dixeris, ista predicatione,  
parum colligetur pecunie per indulgentias. Respondeo, Credo.  
Sed quid hoc mirum, cum Pontifices per indulgentias non quant  
pecunias, sed salutem animarum, ut patet in his, quas dant in cons-  
secrationibus Ecclesiarum & altarium. Ideo non voluit per suas ven-  
nias impetremeliora, sed promouere potius charitatem.

Ego libere dico, Quod qui aliter docet populum, & hunc ordinem  
peruertit, non doctor, sed seductor populi est, nisi quod populum  
propter pietatem suam mereat aliquando non audire veritatem recte predicari.

### CON. XLII:

Docendi sunt Christiani/quod Pape mens non est/re-  
demptionem veniarum vlla ex parte compandam esse  
operibus misericordie.

¶ Pape intelligo, ut supra dixi, put sonat personam publicam.  
ut per Canones nobis loquitur. Non enim sunt Canones,  
qui predicant veniarum dignitatem comparari operibus misericordie.